

DISSERTATIO ACADEMICA,  
SISTENS  
QUÆSTIONES THEOLOGICI-  
CAS,  
IN USUM SEMINARI THEOLOGICI;

---

CUJUS

PARTEM POSTERIOREM

APPROBANTE MAX. VENER. FAC. THEOL. ABOŒNŒ,

MÖDERANTE

JACOBO BONSDORFF,

S. S. Theol. Profess. & Licent.

*publico examini subjecit*

AXEL HENRICUS LAGERWALL,

*Wiburgensis.*

In Auditor. Superiori d. II Maji MDCCCXII.

h. p. m. c.

---

ABOŒ, Typis Frenckellianis.

9.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 309

LECTURE 1

MECHANICS

1.1 Kinematics

1.2 Dynamics

1.3 Energy

1.4 Momentum

1.5 Angular Momentum

1.6 Relativity

- Habituale peccatum & mentis obduratio (securitas carnalis) quæ?
- Quale est peccatum, quod in Spiritum S. committi dicitur Matth. 12: 31, 32.?
- Num & a quibus adhuc tale committitur peccatum?
- Defectio a religione Jesu, Ebr. 6: 4, num remitti nescia?
- Respectu reatus & gravitatis peccatorum, quænam divisio obtinuit?
- Daturne infinitus peccati reatus?
- Gradus suppliciorum Matth. 5: 22, s. declarati explicantur?
- Cujus usus est divisio peccatorum in aperta & occulta, venialia & mortalia?
- Quo jure dividunt peccata in propria & aliena?
- Quomodo vero homines veniunt in societatem criminis aliorum?
- Quo ordine diversa peccati genera sunt digerenda?
- Quodnam est velut omnium primum & universale, ad quod omnia cetera reduci possunt?
- Suntne omnes e sensuali natura enatæ cupiditates vitiosæ?
- In Deum commissa peccata quænam proprie dicuntur?
- Quotuplex est irreligiositas s. abnegatio Numini?
- Idololatria crassa & subtilior?

- Indifferens numinis & rerum Divinarum aestimatio?
- Negligentia & socordia spiritualis?
- Practica incredulitas s. impietas?
- Ingrata Divinorum beneficiorum neglectio?
- Impatientia s. murmuratio?
- Superstitio? Separatismus?
- Peccata in nosmet ipsos, quem inprimis agnoscunt fontem?
- Quomodo se exserit superbia?
- Quid est socordia?
- Quotuplex intemperantia?
- Quibus modis proditur impudicitia?
- Avaritia quotuplex?
- Prodigantia & luxus?
- Immoderatus affectuum usus?
- Omnisne dissimulatio vitium?
- Simulatio quid?
- Mendacium & falsiloquium?
- Quænam est causa vitiorum ratione aliorum habita?
- Quotuplici modo prava philanthia semet exserit?
- Quid est injustitia & quot habet gradus?
- Iniquitas? Quot cernitur modis?
- Ingrati animi crimen?
- Invidia? Odium? Contemptus?
- Inimicitia?
- Vindictæ cupido?
- Quomodo inhumanitas se exserit?

Quanam via peccata præcaveri possunt ac debent?

Quodnam solatium nobis suppetit contra hanc vitiorum tristem experientiam?

Quale iudicium ferendum est de morum Christianorum habitu præsentis?

Num Deus utpote Creator universi ullo modo culpandus?

### *De Gratia Dei.*

Quodnam auxilium nobis impertivit Divina providentia in instauranda perficiendaque vitæ sanctitate ac felicitate?

Quomodo gratia Dei sæpius in Bibliis insignitur?

Quibus institutis Divina gratia sese exseruit exseritque ad indigentias humani generis explendas?

Num gratiosa Dei gubernatio quoque per naturalem religionis statum contingit?

Unde probatur universalitas Divinæ gratiæ?

Quænam est constans Paulina, contra Judæos directa, doctrina de gratia Dei?

Quomodo restitutio humani generis cum ipsa creatione intime cohæret?

Num æterna Dei decreta vim quandam hominum morali naturæ inferunt?

Quibus sub vocabulis prædestinatio in Bibliis docetur?

- Quotuplex est usus vocabuli: προφητειας?  
 Cur Deo tribuuntur varia decreta?  
 Quomodo respectu objecti dividere solent Theologi decreta Divina?  
 Quot partibus electio solet informari?  
 Quinam statuunt decreta Dei esse absoluta, & quibus de causis?  
 Num Rom. 9: 16—24. de particulari quadam & temporali Judaicæ gentis prærogativa, aut æterna electione agit?  
 Possuntne electi cadere e gratia, & quomodo recipi in gratiam?  
 Quinam dure nimis Divinam gratiam propere suere?  
 Daturne terminus vitæ peremptorius?

*De Christo.*

- Quibus sub imaginibus Divinum de Christo in mundum mittendo decretum celebrari in vaticiniis solet?  
 Num caute statuitur fœdus pactumque inter Patrem ac Filium vere obtinuisse?  
 Quomodo in oratione populari fœderis imago exponenda?  
 Quo nomine Messias Divina pollens auctoritate laudatur?  
 Quibus vaticiniis adventus Messias præcinebatur & dignoscitur?

Num proteuangelium Gen. 3: 15. declarat  
humani generis restitutionem?

Sub qua figura spem futuri Messiae sibi for-  
mabat antiquior orbis?

Quid indicant promissiones Abrahamo (Gen.  
22: 18.) Isaac ac Jacobo (Gen. 26: 4.  
28: 14.) factae, Molisque de eximio quo-  
dam propheta (Deut. 18: 18.) vaticini-  
um?

Quinam Psalmi inprimis lucida Messiae vesti-  
gia praebent?

Quaenam vaticinia apud Jesaiam Messiae ma-  
jestatem celebrant?

Unde praecipuis probatur, prophetica haec o-  
racula ad Mesiam vere pertinere?

Quomodo & sub quibus imaginibus ceteri  
prophetae Mesiana praedixerunt tempora?

Quis vulgo statuitur esse typorum usus pro  
Messia demonstrando?

Num ex similitudine quadam inter imagi-  
nem & rem adumbratam, certum argu-  
mentum typorum desumi poterit?

Quaenam documenta Divinitatis Jesu C. hi-  
storia vitae illius universa servat?

Quinam negarunt Jesum fuisse verum homi-  
nem, & unde refellendi?

Quibus in rebus similitudo hominis Jesu cum  
reliquis hominibus sita erat?

Quibus characteribus antecellit omnes ho-  
mines?

Potuit-

- Potuitne Jesus se vitio contaminare, aut e-  
ratne obnoxius infirmitatibus?
- Eratne corpus Jesu immortale?
- Cui naturæ adscribenda sunt ejus dona spi-  
ritualia?
- Num utriusque naturæ conjunctio rite defi-  
niri potest?
- Quinam ledulo distinxerunt utramque natu-  
ram Jesu? Quinam confundere cœpe-  
runt?
- Quid statuendum est in controversia de unio-  
ne personali?
- In Divina Christi naturâ oppugnanda qui-  
nam omnem posuere operam?
- Num Divinæ naturæ quid detrahit majesta-  
tis, quod cum humana fuerit conjun-  
cta?
- An abdicavit se Jesus facultatibus suis Di-  
vinis?
- Quinam modi loquendi de Jesu (personales)  
caute adhibebuntur?
- Quænam formulæ proscribendæ, utpote nec  
in Scriptura nec ratione fundatæ?
- Quinam vulgo statuitur fuisse effectus unionis  
utriusque naturæ?
- Communicatio idiomatum quotuplex & cujus  
usus?
- Quodnam genus vocatur idiomatis?
- Quid valet de genere Majestatico, idioma-  
ta Divina humanæ naturæ tribuente?

Quem



Quem effectum habuit implicita hæc doctrina?

In quo consistit genus operationum?

Num absoluta quædam hujus unionis ac œconomix necessitas urgenda?

Quomodo insigniri solet conditio Jesu duplex  
s. historia vitæ ejus?

In quo consistit status ejus humilis?

Quænam controversia hac in re?

Cui tribuitur origo vitæ Jesu?

Quomodo explicanda est genealogia Jesu duplex in Mathæo & Luca?

Annus nati Christi quis?

Quid de infantia ejus statuendum?

Eratne animus ejus incrementi capax?

Quomodo sese gessit sub omnibus vitæ adversitatibus?

Quacum moderatione hujus vitæ delicias ac bona degustare solebat?

Quomodo explicetur historia tentationis Jesu, & num absolute expers fuit omnis  
s. internæ s. externæ tentationis?

Quale specimen altioris suæ originis ac auctoritatis passim sub omni vita dedit?

Qualem exitum habuit innocentissima ejus vita?

Quid continet mors Jesu stupendum, quid triste ac acerbum, quid demum sublime?

Quid tenendum est, de descensu Christi ad inferos; an ex hebraismo & opinione vulgati, aut verbaliter explicetur?

Quan-

- Quando & quomodo Resurrectio Jesu obtinuit?
- Quibus invictis testimoniis Resurrectio ejus creditur?
- Quinam auctores pro hac veritate commendandi?
- Quando, quo consilio & unde factus est abitus Christi ex his terris gloriosus?
- Majestas Jesu in cælis, quomodo insignitur?
- Beneficium s. opus Christi mediatorium quotuplex?
- Quanta erat eritque indigentia humani generis, aut num suis tantum temporibus explebat Servator munus suum?
- Utpote restitutor Religionis ac veræ pietatis, quomodo adumbratur Christus?
- Quando incepit Christus docendi suum munus?
- Quomodo instaurabatur ad salutare hocce negotium?
- Num locus muneris administrandi obscurus fuit?
- Quibus auditoribus religionem edocuit Jesus, & quo cum succesu?
- Quodnam præcipuum erat argumentum orationum Jesu publicarum?
- Qualis erat methodus instituendi ac emendandi sui ævi mores?
- Num tantum doctrina & monitis vitæ normam præscripsit hominibus?

- Quale fuit exemplum innocentissimæ vitæ Jesu, & quodnam consilium habuit?
- Quonam consilio docetur, Christum nostri loco legem Divinam implevisse?
- Num philosophandum est de absoluta quadam necessitate obedientiæ Christi activæ, hominibus imputandæ?
- Quomodo explicanda sunt dicta, ubi Christus dicitur venisse in mundum implendæ legis causa. Math. 5: 17. Joh. 17: 19. Rom. 5: 19. 10: 4.
- Quomodo doctrina Jesu salutaris passim in N. T. appellatur?
- Quale regnum Messianum Judæi vulgo expectabant?
- Num munus Jesu regium a prophetico illo diversum?
- Quale erat Servatoris institutum de religione sua propaganda morumque emendatione promovenda?
- Quænam impedimenta a Judæis & gentibus in rem Christianam profecta?
- Num expectandum est regnum quoddam Messicæ visibile & Chiliaricum?
- Quale erit imperium Christi post mortem futurum?
- Quem ultimum finem ac veluti metam habuit doctrina Jesu excellentissima?
- Quo fundamento nititur, & quonam symbolo confirmatur vitæ summa tranquillitas ac salus?

Quæ.

- Quænam imagines nobis fiſtunt Jeſum utpo-  
te expiatorem atque ſalutis univerſæ ſta-  
torem?
- Quodnam palmarium erat conſilium mortis  
Jeſu?
- Quoſuplici conſilio mortem Jeſu conſiderare  
vulgo ſolent Theologi?
- Quænam in hoc momento ſunt Chriſtiano-  
rum divortia, & quo pacto ſunt conci-  
lianda?
- Quibus cum cautelis expiatio Chriſti infor-  
manda eſt, ne in abuſum trahatur?
- Unde nonnulli commenti ſunt Divini Numi-  
nie iram vindictamque, in morte Jeſu ſa-  
tiatam?
- Quo ſenſu Paulus ſtatuit remiſſionem pecca-  
torum ſine ſanguine obtineri non poſſe?  
(Ebr. 9; 22.)
- Num mortis Jeſu neceſſitas absoluta?
- Num debitum humani generis infinitum po-  
ſtulavit lyrium?
- Quinam inprimis fingere cœperunt mortis &  
ſanguinis Jeſu ſupernaturalem Divinam-  
que vim?
- Num Chriſtus æterna omnium hominum ſup-  
plicia vere ac phyſice ſubiſſe cenſendus?
- Quomodo temere multi omnia mortis Jeſu  
momenta ad expiationem referunt?
- Quid vero ſublime ac verum in hac expia-  
tionis doctrina retinendum eſt ac con-  
firmandum?

Quo-

Quomodo mors Jesu ad deterrendum e peccatis valet? quomodo confert ad Divinam gratiam, bonitatemque recuperandam?

Cur aut quibus ex rationibus tantopere ad-  
versarii hanc salutiferam infestare ac in-  
sultare solent doctrinam?

An justitiæ Divinæ ac dignitati Jesu repug-  
nat, mortis suppliciiue omnium homi-  
num vice præbere exemplum?

Num fini pœnarum contrariatur mors Christi,  
aut potius apprime inservit?

Num mors expiabilis ac venia peccatorum  
imminuere poterit formidinem pœna-  
rum?

Quia gratis remittere peccata Deo liberum  
erat, cur vicaria pœna opus?

Unde vocabulum satisfactionis ortum?

Unde veritas expiationis J. C. probatur?

Quid valet vocabulum: ἀπολυτρωσις & λυ-  
τρον?

Quid involvit & unde sumta est locutio: φε-  
ρειν, ἀγειν ἁμαρτίας, Joh. 1: 29. 1 Joh.  
3: 5.?

Quo sensu Christus appellatur ἰλασηριον Rom.  
3: 25. & ἰλασμος 1 Joh. 2: 2.?

Omnia loca Biblica, ubi Christus mortem di-  
citur subiisse ὑπερ pro nobis, (Rom.  
5: 6. 2 Cor. 5: 21. Gal. 3: 13.) expli-  
centur.

Philosophica & analogica argumenta quænam?  
Rom. 5: 7, 8.

Num Prophetarum, Servatoris & Apostolorum  
de hac morte prolata effata diversa sunt,  
an conspirant?

Qua fide symboloque sub veteri Fœdere Di-  
vinam gratiam & peccatorum condona-  
tionem experiebantur fideles?

Qualis erat intentio & vis sacrificiorum in  
emendandis pacandisque animis hominum  
ex antiquiori ævo?

Habuerene sacrificia V. T. quendam typicum  
respectum ad mortem Christi?

Ex quibus vaticiniis & quo cum influxu, in  
mentem rudioris populi Judaici, innotuit  
idea mortis Jesu?

Universalitas expiationis vicariæ quænam,  
quomodo & contra quos demonstrabi-  
tur?

Quid judicandum de iis, qui hujus Divinæ  
gratiæ symboli notitia destituti sunt?

Spesne adest nobis Christianis, perennem in  
hac & futura vita vim mortis Christi  
vicariæ percipiendi?

Quo jure Theologi intercessionem ac bene-  
dictionem Christi ad munus ejus sacer-  
dotale retulerunt?

Quot igitur patibus redemptio sive munus ser-  
vatoris continetur?

Quomodo liberatio ex tyrannide peccati ac  
ignorantiæ per Christum promota?

Quo

- Quo symbolo ac testimonio creditur redemptio e reatu aut pœna peccatorum?  
 Qua via beneficia Christi Servatoris experiri jamjam Christianis licet?

*De Oeconomia salutis.*

- Quotuplici e capite œconomia salutis considerari debet?  
 Quot momenta a parte hominis dignoscenda sunt?  
 Quomodo instituta Divina, salutem nobis conferentia, appellantur?  
 Cur Spiritui S. adscribitur universa sanctitas Christiana?  
 Competitne homini liberum arbitrium in causa religionis?  
 Quomodo loca 1 Cor. 3: 5. Joh. 6: 44. 1 Cor. 2: 14. explicanda?  
 Quodnam primum est in ordine salutis?  
 Quis est fidei latisimus usus?  
 Quot vulgo numerantur diversi gradus & actus gratiæ Divinæ?  
 Num gratia Dei peculiari & supernaturali nititur efficacia s. virtute?  
 Quomodo cognitio salutis secundum Dei institutum comparari potest?  
 Qua ratione hominibus sub veteri Fœdere contigit salutaris notitia?

Num

- Num vocatio & illuminatio re ipsa differunt,  
& quomodo informari solent?
- Quænam generalis & quidem naturalis est  
omnibus hominibus impertita vocatio?
- Num vocatio dici potest gentilibus facta, aut  
ad Christianos tantum referenda?
- Quænam sunt affectiones & quinam gradus  
in Divina institutione?
- Quid in controversia de illuminatione regeniti  
& irregeniti judicandum?
- Consistitne illuminatio in interno quodam lu-  
mine, a vulgari hominis natura di-  
verso?
- Modus cognoscendi religionem Christianam  
quotuplex?
- Quibus adminiculis notitiam religionis indies  
augere juvabit?
- Quomodo animi emendatio, vera cognitione  
innixa, appellatur?
- Quotuplici sensu vocabula: ἀναγεννησις &  
παλιγγενεσία cet. occurrunt?
- Alione sensu renovatio in Bibliis occurrit  
quam conversio?
- Quot partibus emendatio omnis Christiana ab-  
solvitur?
- Partes veræ pœnitentiæ quænam?
- Qualis erit conscientia s. agnitio peccatorum?
- Num sensus trinitatis e Mosaicæ legis com-  
minationibus aut Evangelio arcesen-  
dus?



Omnibusne hominibus unicus præscribendus doloris gradus?

Quale debet odium peccati esse?

Num pœnitentia est sacramentum, ut Pontificiis placet?

Quid sentiendum de Pontificiorum distinctione pœnitentiæ in oris confessionem, cordis contritionem & operis restitutionem s. pœnam publicam?

Ex qua parte odium peccati augetur per vividam repræsentationem expiationis J. C. vicariæ?

Num pœnitentia s. conversio perfecta est sine restitutione damni?

Annon quoque ad pœnitentiam pertinet verum studium pietatis ac virtutis Christianæ?

Num lætitiæ sensus in pœnitentia quoque conspicuus?

Sub quo nomine universam sanctitatem complecti solent Sacri Scriptores?

Quid valet *πισις* fides, *πιστευειν* ex græcismo, quid ex hebraismo?

Quid valet locutio: *πισις θεου*, Rom. 3: 3.?

Quis est ambitus fidei?

Quomodo historicam & salvificam fidem discernere solent?

Num unicus gradus hujus fidei præscribi potest?

Quid de Patriarcharum cet. fide (Ebr. 11 :) judicandum?

Num

Num fides tantum Divina promissa, an quoque præcepta & doctrinam Jesu complectitur?

Πιστευειν Χριστω & μαθητην ejus fieri, quotuplici dicitur sensu?

Omnesne πιστευοντες veri Christiani salutandi? Studium sanctitatis s. obsequium erga Jesu doctrinam, ad fidem vere pertinere, quibus argumentis probatur?

Quomodo sermo Christi Math. 7: 21. rel. cum Apostolorum doctrina de fide conciliandus?

Num Paulus a fide excludit εργα veri Christiani s. sanctitatem?

Cum vero Paulus in disputationibus contra Judæos opera condemnat, Mosaicane externa, an moralia & interna innuit?

Quomodo Paulina loca de fide, cum Jacob. 6: 14—25. concilianda?

Quid πισις respectu objecti significat?

Unde specialis πισεως significatus de miraculosa virtute ortus?

Quibus sub imaginibus vitæ sanctitas in Scriptura S. commendatur?

Num virtus, fides, perfectio moralis, obedientia, cultus Dei, justitia, sanctitas, pietas & εργον αγαθον re ipsa differunt?

Unde omne studium sanctitatis generatur, alitur atque pretium fortitur?

Ad quod exemplum perfectio omnis moralis s. virtus exigenda?

Qui-

Quibus ex motivis omnia bona consilia, dicta  
& facta erunt suscipienda?

Quænam discrepantia est virtutis naturalis &  
Christianæ?

Num actiones gentilium morales damnandæ?

Unde pendet bonitas actionis?

Unde omnis controversia de bonorum ope-  
rum necessitate enata, & quomodo diri-  
menda?

Quænam est affectio bonorum operum?

Quomodo doctrina de officiis nostris cohæret  
cum hac de sanctitate?

Quotuplex est objectum officiorum nostrorum?

Suntne omnia officia æqualia?

Quodnam est officium veluti primum ac ba-  
seos instar ad cetera omnia ducens?

Quænam est controversia Philosophorum de  
ultimo principio actionum moralium?

Quid complectitur cultus Dei, sensu latiori  
sumtus?

Quotuplex est cultus Dei?

Quot partes aut modos habet Dei cultus in-  
ternus?

Quid est amor in Deum ac Christum?

Unde hic amor quotidie alendus?

Quodnam officium respectu Divinæ majestatis  
oboritur?

Quodnam - - respectu Divinæ providentiæ tam  
in adversis quam secundis rebus?

Tranquillitas & acquiescentia in Deo?

Quomodo fiducia se exferit?

Gratus in Deum animus?

Modestia Christiana quæ?

Quas causas quotque modos habet pietas s.  
studium Deo placendi?

Quid memoria Divinæ omnipræsentia nobis  
ad pietatem confert augendam?

Quodnam discrimen est filialis & servilis ob-  
edientia?

Num tantum sensibus & cogitatis Deum co-  
lere juvat?

In quo consistit cultus Dei externus s. devo-  
tio Christiana?

Quoties Divina celebrare beneficia & Christi  
merita, convenit?

Publicus Dei cultus, cujus usus & necessita-  
tis?

Quibus cum ritibus antiquioris ævi homines  
Deum colere solebant?

Quibus ritibus Christiana devotio peragitur?

Num sabbati sanctificatio absolutam obliga-  
tionem Christianis infert?

Quomodo doctrinam Jesu profiteri publice pri-  
vatimque decet?

Quid de conventibus religiosis privatis judi-  
candum?

Quid sunt preces?

Quotuplex est objectum precum?

Quid & quantum ad virtutes stabiliendas &  
præmuniendas valent preces?

Unde precum necessitas patet?

Natura precum quæ?

Quot sunt indigentiae humanæ in precibus nostris commemorandæ?

Quodnam argumentum ex providentia Divina sumere licet pro precandi summa utilitate?

Quo fundamento nituntur officia in nosmet ipsos?

Quomodo amor nostri ipsius cum sensu Numinis & fide cohæret?

Quænam officia respectu animi observanda & implenda erunt?

Studium veritatis quod & quibus modis excitare idem juvat?

Bonæ conscientiae conservandæ ratio quæ?

Quibus adminiculis adstricta est necessitas excolendi facultates nostras?

Suntne ingenii dotes Christianæ fidei & gratiæ Divinæ impedimento?

Quotuplici modo curam corporis nostri gerere convenit?

Unde refellendi sunt, qui castigationem cruciatuque varios corporis ad pœnitentiam falso referunt?

Sanitatis conservandæ regula generalis quænam?

Quinam vulgo infringere solent vitæ nostræ tuendæ officium?

Quid est temperantia?

Moderatio affectuum, quotuplici ex capite laudanda?

- Quibus modis vires corporis inprimis sunt exercendæ?
- Num pietas quodammodo ignaviam monasticam vindicat?
- Castitatis officium quod & quibus de causis sancte urgendum?
- Cujus pretii est votum castitatis?
- An gloriæ honesta cupido Christiano indigna?
- Quomodo opes divitiasque comparare licet, ne adferant salutis ac veræ pietati dampnum?
- Qua ratione sensualibus voluptatibus indulgere vacat?
- Quænam moralitas est ludorum scenicorum?
- In quo consistit heroismus Christianus?
- Annon Christiano licet vitam suam cum aggressoris morte defendere?
- Quando & quomodo abnegatio sui ipsius obtinebit?
- Qua cum cautione martyrum constantia judicanda est & imitanda?
- Quænam est summa s. complexus officiorum in alios?
- Quo fundamento nititur amor proximi?
- Quomodo hic amor proximi ad Dei amorem referendus erit?
- Quotuplicis ordinis ac generis sunt officia nostra socialia?
- Unde probatur, puriorem hanc de officiis socialibus doctrinam Christo, Restitutori deberi?

- Quinam fuere errores apud Judæos ac gentiles, humanitati repugnantes?
- Cujus latissimi ulus est justitia (δικαιοσύνη)?
- Quodnam discrimen inter justum (δικαιον) & bonum (αγαθον) virum?
- Quomodo se exierit justitia?
- Quot momenta considerare debemus in aliorum juribus? Generalis regula hujus justitiæ?
- Num sufficit justo viro, alios non lædere, nisi quoque injuriam ab iis arceat?
- Directa & indirecta justitia?
- Qua ratione justitiam exercere debemus erga alterius animum?
- Qua cum fidelitate a scandalis se cavebit verus Christianus?
- Quomodo injuria illata restituetur?
- Justa aliorum reprehensio ac admonitio quæ & quam necessaria?
- Quibus sub præceptis jura aliorum compledebatur Mosaica lex?
- Quid est veracitas?
- In quo consistit sinceritas?
- Quid de piis sic dictis fraudibus judicandum?
- Cur fidem aliis habere debemus?
- Quem respectum ad alios habet castitatis observatio?
- Quomodo judicia de aliis ferre oportet?
- Justa aliorum existimatio?
- Quam vim habet amicitia & familiaritas?

- Ejus latislimi ambitus est benignitas s. beneficentia (bonitas, αγαθωτη)?
- Quam regulam amoris in alios nobis præscripsit Servator?
- Quomodo benevolentia se exserit erga proximi internum statum?
- Quotuplici modo externæ aliorum prospicere possumus salutem?
- Qualis debet esse animus contra injurias aliorum?
- Quænam moderatio in diversitate religionum ac sententiarum?
- Manſuetudo quæ? Modestia?
- Gratitudo quæ? Æquitas, Liberalitas?
- Quomodo nos gerere contra inimicos decet?
- Quid est misericordia?
- Quale debemus ferre judicium de proximo?
- Quodnam officium erga errantes, oppresos, afflictos, vitiosos cet.?
- Num & quænam est gradatio in officiis humanitatis?
- Qualis esse debet amor proximi ex Christi ipsius præscripto?
- Quomodo pacem cum omnibus colere vacat?
- In collisione officiorum, quodnam prævalebit?
- Num officia quædam erga mortuos sunt observanda?



Quomodo hypothetica s. specialia officia, dispescuntur?

Unde pendent diversi status hominis?

*Officia Specialia.*

Quid est conjugium s. status conjugalıs?

Quomodo lex Mosaica (Levit. 18: Cap. & 20. v. 11—24,) de prohibitis gradibus, ad Christianos pertinet?

Quænam est natura, origo & forma conjugalıs status?

Quotuplex est consilium conjugii?

Polygamiam illicitam esse demonstratur? Cur in Judaica gente polygyniam toleravit sapientia legislatoris (Deut. 21: 10—17.)?

Num matrimonium censendum est instar sacramenti, clericis denegandi?

Unde pendet conjugii legitima ratio?

Quænam sunt conjugum mutua officia & jura?

Unde potestas maritalis ortum duxit suum, & qua cum cautione locum tueri potest?

Quid de conjugii inæqualibus judicandum?

Num conjugium cum hominibus alienæ religionis licitum est?

Num vagus concubitus quodam jure tolerari debet, & quomodo differt a matrimonio conscientiæ?

Quid

- Quid est divortium & quas habet causas?  
 Quis est matrimonii effectus?  
 Num status paternus & liberorum ex pacto  
 quodam derivandus?  
 Quid lucis ac dignitatis huic statui impertivit  
 Christi doctrina?  
 Quænam parentibus incumbunt officia in li-  
 berorum animis excolendis?  
 Quomodo cura corporis & externi status li-  
 berorum gerenda?  
 Qualis esse debet disciplina s. modus liberos  
 a vitiis arcendi castigandique?  
 Quænam sunt vulgariæ educationis præjudicia,  
 quinam errores sollicite præcavendi?  
 Officia liberorum quæ?  
 Quinam sunt parentum loco a liberis æsti-  
 mandî obsequendique?  
 Fructus mutæ hujus paternæ ac liberorum  
 societatis?  
 Herilis status fundamentum?  
 Quænam sunt domesticæ hujus vitæ jura at-  
 que officia?  
 Minorum societatum aliarum conjuncta studia  
 exponantur?  
 Quænam societas doctrinam Christi & spiri-  
 tualia bona imprimis conservabit?  
 Annon extra Ecclesiam datur salus?  
 Quotuplici sensu sumitur Ecclesia?  
 Quibus sub vocabulis Christianus cœtus in  
 N. T. insignitur?

- Num Ecclesia est consideranda tanquam status quidam civilis seu imperium?
- Qualis ergo est religionis Christianæ ad rempublicam habitus?
- Quomodo religio & Ecclesia Christiana a Judaica illa est diversa?
- Quis est unicum Ecclesiæ caput?
- Num Apostolorum docendi munus quodam externo nitetur imperio?
- Quid innuit potestas clavium Apostolis a Christo concessa?
- An Petro aliqua prærogativa fuit concessa?
- Unde & quo jure nata est cœtuum Christianorum distinctio?
- Num de visibili Ecclesia pronuntiandum est, quod sit una, vera, sancta, universalis?
- Num utile est, omnes Christianos in unum statum redigere?
- Quo ergo lubrico fundamento nititur auctoritas papalis?
- Quis est usus & quæ auctoritas conciliorum ad dirimendas controversias?
- Num concilia & symbola universa sunt in omnibus fidei capitibus agnoscenda, tanquam norma & iudex infallibilis?
- Per quos administratur Ecclesia?
- Quænam origo ministerii Ecclesiastici?
- Quænam necessitas ministrorum Ecclesiæ?
- A quibus vocatio ministrorum, peragenda?
- Officia ministrorum quænam?

- Quænam potestas s. jus Ecclesiæ doctoribus competit?
- Quid est & quomodo se exerit prudentia Pastoralis?
- Disciplina Ecclesiastica?
- Cui competit jus excommunicandi?
- Num absolutio mere declarativa est aut quoque collativa?
- Quænam sunt officia auditorum s. Ecclesiæ membrorum?
- Unde Magistratus civilis omne jus suum sortitur?
- Quo sublimiori fundamento nituntur pacta socialia?
- Quinam negant homini Christiano licitum esse munus civile?
- Potestas magistratus quam lata?
- Quænam suprema lex imperantis & civitatis est?
- Num imperantibus competit potestas in religionem internam?
- Quo ex pacto principibus jus est collatum in Ecclesiæ externas res, disciplinam, ministros atque tuenda jura?
- Unde religionum diversarum tolerantia, utpote necessaria in civitate, probabitur?
- Quomodo imperans verlabitur circa leges, scientias & indigenias civium?
- Num imperanti aut civibus competit jus reformandi?
- Quænam sunt officia civium?

Quænam Christianarum civitatum mutua ratio & connexio?

Quomodo jus gentium ex natura religionis Christianæ vindicabitur?

Num belligerandi dura necessitas Christianis est præclula?

Licitumne bellum pro religione propaganda, an tuenda?

### *De Salute Christiana.*

Quis est fructus & consequens fidei s. sanctitatis Christianæ?

Sub quibus vocabulis universam salutem complecti solent Sacri scriptores?

Quodnam est principium salutis, a parte Dei & a parte hominis?

Quid a parte Dei, conferentis salutem, valet *δικαιοσυνη*?

Quomodo a parte hominis salus dicitur collata?

Quid est *δικαιον* & *δικαιοσθαι* ex hebraismo?

Quomodo locutio: *ελλο, εις πισιν εις δικαιοσυνην*, explicanda?

Quid valet phrasis: *δικαιεν τον ασεβη*?

Quisnam est complexus omnium beneficiorum Dei?

Quotuplici ex capite salutem Christianam considerare vacat?

Quis

Quis gratus sensus ex immutatione morali  
oritur?

Quis est Divinae gratiae habitus ad pristinam  
nostra peccata?

Quoniam sub symbolo aut qua sub contesta-  
tione peccatorum condonatio (venia) no-  
bis contingit?

Quomodo in scholis haec peccatorum venia  
proponitur?

Quid confert haec condonatio s. impunitas ad  
mentis tranquillitatem?

Quo fundamento nititur pax conscientiae?

Quis est alter felicitatis gradus, ex pietate  
& perfectione morali oriundus?

Perfectane cogitari potest pietas?

Annon Divinus tamen favor, quo pietas ap-  
probatur, gratuitus est & perfectus?

Num adoptio in filios Dei (filiatio) inde di-  
versa?

Quomodo sensus favoris Dei transit ad unio-  
nem cum Deo & Christo fruendam?

Ex quibus signis & argumentis propior cum  
Deo familiaritas dignoscitur?

In quo consistit gaudium spirituale s. mentis  
tranquillitas, & num e Divino favore di-  
velli potest?

Quomodo spes venturae felicitatis alenda est?

Qua ratione in scholis haec universa pietatis  
approbatio instituitur?

Quotuplici sensu Justificatio sumitur?

Estne

Estne justificatio passiva actus quidam forensis an moralis?

Quomodo justificatio activa absurde a Pontificiis explicatur? Quomodo a Protestantibus?

Num activa Christi obedientia (meritum, justitia) nobis imputatur?

Quomodo justitia Christi saluti nostræ vertitur aut applicatur?

Certumne ac definitum tempus justificationis plenariæ Christianis præscribi potest, an successiva ipsa est?

Num unicus gradus salutis de omnibus valet?

Quonam in momento & qua sub conditione incipit Christiana salus?

Plenissimus licet favor Dei sit, annon tamen incrementa capere illius poterit sensus?

Num Deus mutationem quandam in justificatione subit?

Quomodo loca Scripturæ anthropopathica explicanda sunt?

Ex qua parte salus dici poterit esse fructus sanctitatis externæ (bonorum operum)?

Quomodo Christiana salus ex communione ac familiaritate mutua fidelium derivatur?

Quibus cum cautionibus & causis externa s. temporalis nostra felicitas cum interna illa conjungatur?

Quomodo status gratiæ s. salutis contiguo erit servandus?

Nura

Num dubitatio nostra de fide tollit salutem?

Num spes salutis amitti potest?

Quænam sunt impedimenta pietatis salutisque  
Christianæ?

Num divitiæ & amor mundi per se spectari  
debent tanquam impedimenta?

Quid de tentationibus spiritualibus judican-  
dum?

Quomodo amissa salus tranquillitasque mentis,  
institauranda?

Quot quasi per gradus decurrit institutio &  
emendatio hominis Christiani?

Daturne absoluta & omnibus numeris perfe-  
cta salus?

*De Adminiculis salutis.*

Quotuplici via Christianis licet veram animi  
sui perfectionem salutemque promovere?

Ad quot classes s. momenta possunt ordina-  
ria s. naturalia fidei adminicula referri?

Num sensualis ipsa natura vero suo usu de-  
stituitur?

Quid confert usus rationis ad institutionem  
nostram in religione percipiendam atque  
augendam?

Quantæ necessitatis est exploratio nostri ipsius  
s. conscientiæ?

Quid valent exempla ad pietatem alendam?

Quæ.



- Quænam sunt instituta humana, promovenda virtuti & felicitati accommodata?  
 Educationis publicæ commoda?  
 Unde necessitas privatæ institutionis sollicitè commendanda?  
 Num liberales artes & scientiæ officere possunt Christianismi commodis progressibusque?  
 Quomodo omnia vitæ genera ac studia ad fidem Christianam collineant?  
 Quis est juramentorum usus ad sanctitatem vitæ socialis tuendam?  
 Quotuplicis generis sunt juramenta?  
 Quid cautionis habet juramentorum usus in civitate Christiana?  
 Quomodo ex Divinis operibus continua materies virtutem alendi oritur?  
 Cujus usus & necessitatis est contemplatio naturæ assidua?  
 Quid incivili ex Divina providentia perpetuo sumere licet?  
 Eventus vitæ nostræ lætiores s. fortunatos ad pietatem referendos esse demonstratur?  
 Quantum conferunt afflictiones s. tristes quivis eventus (crux Christianorum) ad mentis perfectionem?  
 Quale adjumentum salutis ac spei Christianæ inest in continua mortis consideratione?  
 Quodnam vero præcipuum est omnibus hominibus, Christianis vero præprimis, injun-

junctum adminiculum pietatis, solatii ac felicitatis?

Quibus de causis laudanda animisque instillanda est perpetua Divinae praesentiae cogitatio?

Suntne vota necessaria?

Quoniam ex fundamento jejunia corporisque castigationes apud nonnullos veterum confabantur tanquam pietatis adminicula?

Quem usum universim habent ritus omnes sacri (i. cultus publicus) in constituenda ac confirmanda virtute?

### *De Verbo Dei.*

Quibus adminiculis extraordinariis omnis perfectio & salus Christiana a Deo dirigitur?

Quid Hebraice & Graece sonat verbum Dei?

Quomodo dividi solet haec Divina institutio i. verbum?

Num divitio verbi Dei in legem & Evangelium nostris temporibus necessaria est & usum quendam praestat?

Annon Paulus diserte Mosaicam oeconomiam a Christiana distingvit?

Pertinetne Mosaica oeconomia ad nos alio respectu quam propter historiam religionis & providentiae Divinae?

Quid

- Quid *vopos* in origine significavit, quid tropice?
- Quomodo legem Mosaicam vulgo dividere solent?
- Num divisio hæc utilitate & antiquitate sua satis commendata?
- Quænam dicitur politica s. forensis?
- Num tantum prudentiæ Mosaicæ, aut Diviniæ quoque sapientiæ specimen fuit legislatio Judaica?
- Quem usum nobis præstare poterit politica Judæorum lex?
- Quomodo religio cum civili Judæorum statu & regiminis forma conjuncta fuit?
- Quotuplici ex capite religiola Judæorum lex consideranda?
- Quem usum habuerunt ceremoniæ s. cultus externus (Leviticus)?
- Cur sapientiæ Mosis tale rituum jugum Judaicæ intulit genti?
- Num ceremonias ac publicum cultum mutavit Moses ex profanis gentibus, Ægyptia nominatim?
- Fuitne omnis Leviticus cultus tantum externus & civilis?
- Num typicum adumbrandi usum habebant ritus Judæorum sacri?
- Quot imprimis festos dies solennes observabant Judæi? & quonam consilio?
- Præcepta Mosis, religionem spectantia, quænam & ubi continentur?

Num ad civilem tantum felicitatem lex Mo-  
saica erat comparata?

Quonam ex argumento nonnulli negant con-  
siliū Mosis fuisse Judæos in religione  
imbuere?

Quænam erat summa legis præceptio, inter-  
nos spectans animi motus ac mores?

Unde adeo sinistra legis interpretatio apud  
Pharisæos demum orta?

Quomodo legis Mosaicæ defectus resarsit  
Christus?

Cur Mosaicæ legi semet subjecit Christus, no-  
væ licet religionis doctor?

Unde patet, consiliū Jesu & Apostolorum  
fuisse, ut Mosaicam abrogarent legem  
externam?

Ritine Antinomi & Zinzendorfsiani statuunt  
legis hujus jugum esse abjiciendum?

Quonam sensu docent Apostoli legem fuisse  
*παιδαγωγῶν* ad Christum?

Quis est religionis Christianæ ad Mosaicam  
illam habitus?

Ex qua parte Prophetarum scripta & præce-  
pta specialia Christianos spectant?

Annon monitum Christi: *ἰσχυρὰν τὰς γενεὰς*  
vim obligandi nobis quoque infert?

Quomodo appellatur lex, omnibus Christia-  
nis lata?

Qualis est efficacia verbi Divini in univer-  
sum, & Christianæ institutionis in specie?

Quod

Quodnam est discrimen humanæ & Divinæ  
sapientiæ?

Num modus operandi (efficacia verbi Divi-  
ni) absolute & immediate se habet, ut  
Fanaticis placet?

Quoniam respectu vis Evangelii supernatura-  
lis est?

Num operatio Divini spiritus diversa est ab  
interna verbi efficacia?

*De Sacramentis.*

Quotuplici sensu sumitur vocabulum Sacra-  
menti apud antiquiores scriptores?

Quomodo Græci appellant locum de sacra-  
mentis?

Quot sacramenta scholastici doctores & Ca-  
tholici finxerunt? Unde refellendi?

Quid est sacramentum ex institutione Chri-  
sti?

Num ex instituto Christi recedendum est ita,  
ut omnes ritus sacros sacramenti nomi-  
ne insigniamus?

Unde patet sacramentorum dignitas?

Quænam est præstantia rituum ac sacramen-  
torum N. T. præ V. T. illis?

Quot vulgo numerantur sacramenta Vet. Fœ-  
deris?

A quo instituta est circumcisio, & num simi-  
litudinem habuit cum more Ægyptiorum?

- Quis erat scopus moralis circumcisionis, & quibuscum promissis conjunctus?
- Num naturalem quoque aut medicam causam habuit, adhucve in oriente habet, hic circumcidendi ritus?
- Quando & per quem instituebatur ritus aut sacramentum paschatis?
- Quodnam morale consilium illius?
- Num agnus paschalis typum Mesliæ continebat?
- Quot sacramenta in N. Fœdere obtinent?
- Quid est baptismus?
- Num baptismus ex Judaico ritu per imitationem ortus?
- Quid sacræ lotiones Judæorum in recessu habuerunt?
- Eratne baptismus Johannis a Christi instituto diversus?
- Quodnam consilium hujus sacramenti intendebatur a Christo?
- Quid valet formula: *βαπτισθησεται εις χριστον*?
- Num una eademque formula a Christo & Apostolis adhibita, aut num ex diversitate formulæ quoddam contrarii elicitur?
- Quomodo actus baptizandi in prima Ecclesia invaluit?
- Num trina immersio s. adpersio ab Apostolis usitata, & necessaria?
- Estne baptismus fœdus quoddam Spirituale, sine quo salus obtineri nequeat?

- Quis est fructus baptismi in adultis?  
 Annon emendatio (*μετανοια*) arcte cum baptismo adultorum cohæret?
- Quonam ergo sensu remissio peccatorum dici potest per baptismum impertiri?
- Quinam sunt baptizandi ex instituto Servatoris?
- Num pædobaptismus mandato Christi nititur, aut instituto Ecclesiæ?
- Quænam hujus utilitas est in infantibus, & ipsis quoque parentibus aliisque Christianis?
- Num fides ope baptismi infertur?
- Quinam Apostolorum tempore baptizabant? quinam vero nunc ritum hunc administrabunt?
- Quomodo refellendi sunt, qui baptismalem actum laicis quoque permittunt?
- Quid svadet casus necessitatis?
- Quinam sunt ritus baptismi?
- Unde exorcismi usus enatus, & quibus de causis proscribendus?
- Quid est Sacra Coena?
- Quomodo in N. T. vocatur?
- Num a ritu quodam Judaico sacrarum epularum, ortus est hic ritus?
- Quodnam erat hujus instituti consilium?
- Quænam sunt externa symbola?
- Qualis a Christo adhibebatur panis, & quomodo antiquæ Ecclesiæ promiscue adhibebant, ac a se invicem disenserant?
- Unde

- Unde probatur, sub utraque specie communio-  
nem esse instituentam?
- Quem usum s. fructum internum symbola hæc  
secum ferunt?
- Quænam controversia enata est de præsen-  
tia corporis & sanguinis Christi?
- Unde Pontificii sunt refellendi?
- Unde Reformatis usu venit, symbola hæc me-  
morativa s. doctrinalia tenere?
- Quibus argumentis Lutherani defendunt, si-  
gna esse exhibitiva?
- Quomodo autem in ipsa hac explicatione va-  
riant Theologi Lutherani?
- Num verba Salvatoris propriissimo sensu ex-  
plicanda?
- Quid valet: *κοινωνία* (1 Cor. 10: 16—19)?
- Quid autem in hac doctrina sedulo cavend-  
um est?
- Num Sacra cœna est sacrificium quoddam, ut  
Pontificiis placet?
- Quomodo debet panis & vinum in Sacra cœ-  
na consecrari?
- Quinam hoc sacramento uti possunt ac de-  
bent?
- Num indifferens est hic ritus?
- Quem externum usum habet S. cœna?
- Quoties debemus hoc uti sacramento?
- Quid requiritur ad hunc rite celebrandum ri-  
tum?
- Per quos debet administrari?

Num



Num privata missa s. communio licita est & necessaria?

Num hæcce universa doctrina tremendum est mysterium?

*De Morte & immortalitate.*

Num hæc vita temporalis est propria nostra manio & felicitatis sedes?

In quo consistit mors?

Quomodo mortem dispescere solent Theologi?

Quid innuit *Savatos deuteros* in Apocalypsi?

Num mortis necessitas universalis per naturam nostram & Divinam dispositionem venit?

Quos vulgo homines ex hac necessitate eximunt?

Num Christus utpote homo a morte exceptus, & quomodo per abitum in cælos vitam ipsam mutabat?

Quodnam est fatum animi post mortem? unde imprimis probatur immortalitas?

Quale argumentum defumitur ex natura & sensu hominis?

Num quidquam ex humani ingenii heroicis monumentis colligere licet?

Quid probat analogia naturæ?

Quænam sunt moralia argumenta?

Diſta

- Diſta Scripturæ, imprimis N. T. Math. 10: 28.  
 Luc. 23: 43. 16: 19. 1 Cor. 15 Cap.  
 probe excutiantur?
- Num hæc immortalitatis fides apud gentiles  
 a que Judæos viguit?
- Quibus inducti argumentis nonnulli negarunt  
 Judæis hanc notitiam?
- Quomodo ea vindicanda?
- Num Ægyptii ceterique populi idem de im-  
 mortalitate ſenſerunt?
- Metemphychoſis utpote abſurda reſuteur?
- Qualem intermedium ſtatum ſinſerunt non-  
 nulli Patres & catholici?
- Unde opinio Pontificiorum de purgatorio e-  
 nata?
- In quem vero locum ſ. ſtatum veniunt homi-  
 ninum animæ proxime poſt mortem?
- Qualis eſt futura corporis reſtitutio, ex ſen-  
 tentia Pauli. 1 Cor. 15: 35—50.?
- Quænam ſunt analogica philoſophorum de  
 hæc veritate argumenta?
- Quomodo immortalitatem cum reſurrectione  
 immediate conjunxerunt Veteres?
- Num tempus reſurrectionis mortuorum deſi-  
 niri ex Apoſtolica inſtitutione poteſt?
- Quis erat vulgaris primitivæ Eccleſiæ opi-  
 nio de reſurrectione & tempore judici-  
 i extremi?
- Quonam temporis momento privatum judicium  
 ſ. retributio obveniet?

Publicum s. solenne iudicium quid, & quibus de causis instituendum esse statuitur?

Num Luc. 21: & Math. 24: de adventu Christi ad extremum iudicium agunt?

Quodnam erat consilium Servatoris in imagine futuri iudicii exponenda?

Quid probe tenendum est in futuris hisce eventibus?

Num mundi interitus ex phantasia sive Bibli-  
cis phrasibus definiendus est?

Quibus sub imaginibus sistitur beatitudo æterna?

Quænam autem est propria futuri beatissimi status descriptio? qualis est felicitas futura?

Quid innuit visio Dei beatifica?

Quænam bona contingent quoad intellectum?

Voluntatis perfectio summa quænam?

Beata societas & unio fidelium inter se atque cum Christo, futuro statui vindicatur?

Num arbitraria quædam præmia sive bona, remota sunt ab idea hujus felicitatis?

Quomodo salutem æternam multi sinxerunt esse sensualem?

Unde patet, æternam fore salutem?

Quibus argumentis adstruitur diversus gradus & incrementum felicitatis?

Qui-

Quibus nominibus & locutionibus tropicis damnatio æterna exponitur?

Quomodo ex analogia hujus vitæ futura infelicitas est dijudicanda?

Quid est pœna? Quotuplex?

Unde patet necessitas pœnarum?

Quis est finis pœnarum?

Temporalis pœna peccatorum quotuplex?

Num naturalis pœna sola in futuro statu constituetur vel sufficiet?

Positiva s. arbitraria supplicia non esse Divinæ justitiæ & sapientiæ contraria, probabitur?

Quibus argumentis Biblicis & moralibus evincitur æquitas pœnarum futuri ævi?

Num iidem gradus pœnarum?

Qua moderatione utendum est in hac doctrina?

Unde demonstratur æternitas pœnarum? & num absoluta hæc est, an relativa?

Quale est argumentum, quod ex infinito reatu & continuata peccatorum progressionem defumitur?

Num Deus salva justitia & sanctitate remittere quidquam ex rigore potest?

Num Divina judicia nobis exacte revelata sunt ideoque exploranda?

Quid statuendum in hypothesi de omnium rerum restitutione Act. 3: 21.?

In qua acquiescendum est veritate?